



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Caput 9. De sede gentium ab oriente.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

Capit 8.

Insulæ quæ
habent ciuita
tes.

cap. 7. paulo
supra vocauit
Terenos: an
Terenos in-
telligit? non
puto.

m. f. Gades

Sardinia, Corsica, Garda quæ & Beniga, Cerne & Galathe. Maurorum autem gentes in habitationes hæc habent: Musulani, Tingitani, Cæstianenses. Hispaniorum autem gentes & habitationes hæc sunt, * Tyranni & Tursenorū qui & Tersannenses, Lusitani, Boetici, Autrigones, VVascones Gallici qui & Astures. Insulæ autem quæ pertinent ad Hispaniam Tarracensem tres sunt, quæ & appellantur Valhriacæ. Habet autem ciuitates quinque has: Eboræ, Palmæ, Pollentia quæ dicitur Maiorica: Thomæne, Magone quæ appellatur Minorica. Earum inhabitatores fuerunt Chananæi fugientes à facie Hiesu filij Naue. Nam & à Sidona qui condiderunt & ipsi Chananæi Sidonij; & qui Pannoniam condiderunt & ipsi Chananæi. *m* Cadis autem Iebusæi condiderunt & ipsi similiter profugi. Gallorum autem Narbonensium gentes & in habitationes Macrobij, Græci, Sarmatæ. Et hos necessarium fuit declarare tibi, ne ignotarū gentium vocabula & gentes & manifesta flumina ignorares.

Capit 9.

De sede gen-
tium ab orien-
te.

n. f. Hypsiline

Nncipiam ergo dicere de gentibus ab Oriente. Adiabenthæ & * Tadini contra Arabiam, Saraceni alij & * Adenos contra Arabiam; Albani contra Phrygiam, Caspiasini, Rickanitæ maiores quos expugnauit Moses inter Mesopotamiam & mare rubrum: minor autem Madian est contra mare rubrum, iuxta Ægyptum, vbi regnauit Raguel, socer Mosis, qui & Iethro. Contra Cappadoces à parte dextra Armeni, Hiberi, Birranæ, Scythæ, Colchi, Bosphorani, Samij qui appellantur Samnites vsq; Ponto extendetes, vbi est Accessus, Absorus, & Sebastopolis & *n* Hisillime quod est portus & Parsius flumen vsq; Trapezonto extenduntur hæc gentes.

Montes